~~170~~ 488

Favente Deo
et
Apolline
FABULAE VIII
Lib. I. Metamorph. Ovid:
in
Jambicos
TRANSLATIO.

Tunc Bruta sponte protulit
Diversa Tellus caetera,
Ac Sole canduit vetus
Humor, paludes et lutum
Tumere caepit fervidum,
Foecunda rerum semina
Nutrita vivaci solo,
Ceu matris alvo sub suae
Crevere, quoddam schemaq[ue]
Coepere sic morâ suâ.
Reliquit ut Septemfluus
Nilus agellos uvidos,
Et alveo antiquo sua
Fluenta rauca reddidit,
Limusq[ue] coelico recens
Exarsit astro: plurima
Cultores aeri pecora
Tellure verso proferunt.
Quaedamq[ue] coepta in his modo
Tempus per ipsum originis,
Perfecta non quaedam suis
Truncata brachiis vident.
Saepè ac eodem corpore
Pars altera est vivens: adhuc
Terra est rudis pars altera.
Nam temperatus cum calor
Et humor, haecce pariunt.